DE IVRE
ADHÆRENDI ALTERIVS
appellationi, & deomni adhæſionis
materia.

TRACTATVS

THEORICÆ, ET MAXIME PRAXI
admodum vtilis frequens, forenſibus controuerſijs,
& quotidianis diſceptationibus, ad omniumque
cauſarum deciſsionem vtilis valdè, ſcituque
digniſsimus.

AVCTORE

LICENTIATO DON IOSEPHO SVAREZ DE
Figueroa, experto iuriſconſulto, oppido nuncupato Villaeſcuſa de
Haro, non ignobili Municipio Oriundo, in ea Toletanæ Caſtellæ,
parte, quam Romani Campum Spartarium, & poſt Arabes
Manxiam, noſtri veró Mancham Montaragonis
dixere.

IAM PRIDEM.

LIMANI SENATVS REGIÆ CHANCELLARIÆ
Regni Peruani Primario Aduocato.

NVNC VERO D. PRORREGIS ASSESSORE, AC
Regij Vectigalis in commiſſorum cauſis
priuatiuo iudice.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

CVM PRIVILEGIO MATRITI.

Ex Typographia Regia, Anno 1666.

BEATO MICHAELI ARCHANGELO, POTENTISSIMO

cœleſtis militiæ Principi, Maximo Hæroi, æterni luminis, & candoris fulgore fulgentiſsimo, ſplendidiſsimoque gloriæ, & honoris omnipotentis Dei, optimi, Maximique accerrimo pugnatori defenſori, & victori, ac cognomine cunctatori, nunc Hiſpaniæ noſtræ meritiſsimo Patrono, Tutelari, Mecænatique, & omnium cœli, & terræ exercituum Generali Duci.

LICENTIATVS D. Ioſeph Suarez de Figueroa, tantorum beneficiorum erga ſe manu collatorum liberali, non immemor, ſed quòd in ſe eſt; magno affectu, & amore huius Patrocinij munera ab idus adimplendi, hilari, gratique animi vultu, & interno deſiderio, hoc opuſculum eius potentia, & magnitudine, ac circa genus humanum tanta dilectione fretus, ſuaque propria deuotione ſidus, tanto cœleſti Principi ſupplex, ſubmittit, dicatque, humiliſque valdè conſecrat, & ſemper gratias referre pollicetur.

APPRO-

SVMMARIVM.

CAP. I.

1 *Vbi non adeſt fundamentum velociter ſuperædificatum corruit.*

2 *Ieſus Chriſtus Dominus noſter omniũ caput, & fundamentum eſt.*

3 *Forma ſine materia exiſtentia non datur, quia eſt quædam impreſſio in ea.*

4 *Effectus à cauſa producitur, & ab ea regulatur, ſine qua neutiquam conſiderari valet.*

5 *Diſpoſitum non poteſt verificari quin anteà ſuppoſitum verificetur.*

6 *Adhærẽdi ius nullatenus poteſt exerceri abſque appellationis ſuppoſitione, & formali exiſtentia.*

7 *Adhæſio de neceſſe præſupponit aliquid verè eſſe, vel præcedere cui adhæreat.*

8 *Appellatio eſt ab inferiori iudice gradatim facta ad ſuperiorem prouocatio, ſecundum veriorem diffinitionem, vbi alia referuntur.*

9 *Appellatio teriaca contra iudicũ venenum dicitur, & nuncupatur.*

10 *Appellationis vſus frequens, ac neceſſarius eſt, quia per eum iniquitas iudicantium damnoſa, vel negligentium imperitia corrigitur.*

11 *Appellatio nonnumquam benè latas ſententias in peius conſtituit, & reformat.*

12 *Appellatio an idem ſit, ac prouocatio, quæritur.*

13 *Appellatio larga modo idẽ eſt ac prouocatio, ſecus verò ſtricto.*

14 *Appellatio omnis ex veriori, & receptiori opinione idẽ ac prouocatio eſt.*

15 *Appellationis, & prouocationis verbis promiſcuè Iuriſconſulti vtuntur.*

16 *Appellatio verè prouocatio eſt, ſed non conuertitur.*

17 *Appellatio larga modo querella eſt, non verò ſtricto.*

18 *Appellationi omnes qualitates referuntur.*

19 *Doctores qui formaliter, & plenè de appellationis materia ſcripſere, etiã referuntur remiſſiuè.*

CAP. I.

Quid ſit appellatio, vt ius adhærendi, cognoſcatur.

ESSentiam, & naturã appellationis hic omittere, & eam inexplicatam relinquere verè eſſet ſine fundamento materiam diſcurrere, & præcisè eius ruinam expectare, quia vbi non adeſt, velociter ſuperædificatum corruit, ex textus ſpecie in c. ſi veniēs, 1
cum c. ſi quis de præsbyt. non baptiz. c. per ignorantiam, c. non ſanat, c. ſi quis 1. quæſt. 1. Ancara in præmiſsis ad Decreti lecturam in principio, vnde Dominus noſter Ieſus Chriſtus 2
omnium caput, & fundamentum eſt, ſine quo nullum bonum opus poteſt conſtrui, aut ædificari, vt habetur in cap. Paulus 1. quæſt. 1. qua ratione ex 3
fundamenti defectu ſine materiæ exiſtentia forma nequit cõſiderari, quia nihil aliud eſt, quàm quædam impreſſio in ea, veluti ſi Cæſaris, vel Imperatoris figura ferro, vel pecunia impreſſa ſit, ex Baldi doctrina conſ. 38. lib. 4
1. nec effectus ſine cauſa dari, quia ab ea producitur, & regulatur, vt Beccius ſcripſit, conſ. 94. n. 17. Pedem. deciſ. 68. num. 11. Nec diſpoſitum 5
verificari quin priùs ſuppoſitum verificetur, Doctores per textum ibi in l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. Rutilia polla, ff. de contrahend. empt. l. ſi homo mortuus cum vulgaris, ff. de verb. obligat. ſic enim adhærendi ius neutiquam exerceri poteſt abſque 6
appellationis ſuppoſitione, nam cum ei adhæſio fiat de eius fundamento, & exiſtentia anteà conſtare debet, 7
propriè enim omne, quod adhæret præſupponit ex actus natura præcedere debere, vel eſſe de neceſſe aliquid cui adhæreat, iuxta textum in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. l. 1. & 2. ff. de pecul. leg. ne. l. nam quod liquidè, ff. de penu legata, l. 2. ff. de vſufructu legato, l. labeo, ff. de ſeruitut. ruſt. prædior. Oldrad. conſ. 200. numer. Vnde vt adhærendi ius rectè cognoſcatur, priùs examinandum duxi quid ſit appellatio, ſine qua de hac materia

 tra-